Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nuntiatum fuisset. protinus misit. atque
eosdem gothos ad se fecit euocari. Quos
blando sermone alloquens. eorum prius
studuit asperitatem placare. ac post
intulit dicens. Quale uultis praetium da
bo. et puerulos quos abstulistis reddite.
mihique hoc uestrae gratiae munus praebete. Tunc
is qui prior eorum esse uidebatur. respondit
dicens. Quicquid aliud percipis. facere parati
sumus. Nam istos puerulos. nullatenus reddi
mus; Cui uenerandus uir blande minatus
est dicens. Contristas me. si non audis patrem
tuum. Noli me contristare. non expedit tibi;
Sed isdem gothus in cordis sui feritate per
manens negando discessit. Hic uero altera
digressurus rursus ad episcopum uenit. quem
isdem uerbis pro praedictis puerulis iterum episcopus ro
gauit. Cumque ad reddendum puerolum nullo
modo consentire uoluisset. contristatus
episcopus dixit. Scio quia tibi non expedit. quod